

( a pag. 332 ).

1097.

*Carta di Donazione alla città, (Trevisaneo).*

In nomine Domini Dei, Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab incarnatione ejusdem Redemptoris nostris millesimo nonagesimo septimo, mense maio, inductione quinta Rivoalto, magnus donationis est titulus ubi casus largitati nullus reperitur, sed ad firmitatem muneric sufficit animus largientis. Quapropter Nos quidem Tys, Aureus, et Petrus Aureus ambo germani fratres filii q.<sup>m</sup> Stephani Aurei de confinio ecclesiae sancti Joannis Confessoris cum nostris haeredibus nullo penitus urgente, aut suadente, nec vim inferente, sed optima et spontanea nostra voluntate per congruo honore nostri mercati, et totius nostrae patriae damus, concedimus, donamus, atque transactamus nostro dominicali, et cuncto populo totius patriae Venetiae in perpetuum per futurum possidendum, hoc est cunctum, et super totum unum ordinem nostrum de stationibus cum tota terra de eisdem stationibus nostris, positum in mercato de Rivoalto, copertum vel discopertum, quod firmat uno capite suo in canali de Rivoalto, unde est introitus, et exitus, atque junctorium, et jaglasio, alio autem suo capite firmat in nostro Calle, uno suo latere firmante in stationibus, quae sunt de Gradonicis. Hunc autem cunctum, et soprannominatum nostrum ordinem de stationibus cum tota terra de ejsdem nostris stationibus secundum quod desuper designatum est copertum, vel discopertum cum omni longitudine et latitudine cum capitibus, et lateribus suis, et cum introitu, et exitu suo pleniter in Dei, et Christi nomine damus, donamus, et transactamus toto nostro Dominicali, et cuncto populo Venetiae habendi, tenendi, dominandi, et ad proficuum, et congruum honorem totius nostrae Patriae in perpetuum possidendi, nullo sibi homine per aliquod ingenium contradicente, unde promittentes promittimus, Nos nullo unquam